non est cōpos. Et sine dubio l3 bec de re. optime coniungat  
prime. melius tamē intitulata fuisset sub rubri. de tempo. or.  
ista eni rubrica tractat de etate et qualitate eoz qui psciunt.  
illa de qualitate illoz qui ordinant. s. ppter cōcitatē sic trā  
sit. et est simile qd dicit. s. e. ad aures.

**n** Observantia. simile. j. de appel. qzuis. procedebat aut bec  
observantia a pall. S. inferiora. quia cū ibi de etate antiquoz  
canonū in sacerdotio remanē. v. anni et plus. quia qui. xxv. at  
tingit pot fieri sacerdos. ita videbat. v. demendi de etate dia  
coni et subdiaconi. per que etiā in. xv. dabat subdiaconatus.  
nec mirum si dicebant antiqui canones in hoc correcti. nam  
p illos seruabant instituta tporū inf ordinē. et ordinē q bodie  
non seruant. vnde laicus in carnis priuio in festo resurrectionis  
nis psoyter esse posset. S; hosti. dicit antiquos canones ser  
uandos dicebat q in. S. inferiora. dispētabat in etate. ppe cu  
rā aiarū. et fm imo. suberat necessitas. ex quo vocatus fuerit  
ad bnficiū quod requirebat ordinē. Sed mirandū est hoc. cū  
eni sine aliqua dispensatione pmoueat ad curam. ergo et ad  
ordinē annexū cure. Itē sonat in absurdū q maior. xxvij. an  
nis possit habere curā et sacerdotiū et no solū sacerdotiū. Itē  
aliud absurdū quid fm id eadē erit etas epi et sacerdotis. qua  
re sepe damam in scholis et ad curiā scripsi. et pcpue dno Ri  
chardo sancti eustachij diacono cardinali vt determinaretur  
bec etas. qd sume fuit necessariū ppter. pri. de re. als innume  
rose et inextricabiles qōnes em erissent volēs enibie voce in  
capitulo maior. riiij. minor. xx. recepisset sub diaconatū fuisset  
obiectū illū nihilominus excludendū. quasi no rite. p motuz  
pfectū eratis. iuxta illud qd no. de pben. c. i. li. vj. Ipi  
replicassent atiq iura correctā p disuetudinē et p. S. inferiora. S;  
quos duplicatum fuisset de predicta opinione imo. et hosti.  
quam etiā sequit archi. in dicta de re. et cui. Sed quid de pro  
motis ante hanc de re. infra hāc etate. puto satis eē q nunc  
sunt in etate. s. de tempo. ordi. vel hūc est. si vo nec adhuc sit in  
etate excludent ab executione ordinis vsq; ad etate legitimā  
vt ibi. de ordinato vo infra pubertatē ad sacros aut tenent cō  
tinere nō. et scripsi de de. p sal. pmo. c. vno.

**S** Interfunt. dato  
q predicti intersunt  
als priuarent illis i  
torum. quod dic. vt  
s. de de. non res. c.  
vno. li. vj.

**b** Dimidia. etiam  
si reliq dimidia ad  
sustentationē ipozū  
non sufficit et impu  
-

**O** Antiquis allegatis in p[ri]ma glo. § 3. q[ue] canon antiqu[us] lxxvii. di. c. j. p[er]mittit que subdiaconari in. xiiij. anno. So. al lud veru[m] cop[er]atione inchoado post infantia. vt ibi no.

**P** Decernim[us] no[n] dicit de daram[us]. q[uo]d facit p[er] op[er]a. no[n] h[ab]eat. q[uo]d libere. i. sine dispensatione. et dato q[uo]d no[n] habeat b[en]eficiu[m] q[uo]d ordine requirat.

**R** In decimo octavo. intelligo inchoato. satis est ergo q[uo]d artingerit. vt in. §. in ferioza. et idem de sequentib[us]. Certu[m] e[st] eni[m] q[uo]d maior. xvij. est in anno. xvij. nec littera requirit q[uo]d sit. xvij. annoz. sed in. xvij. olim secus. vt dixi in j. glo. no[n] per hac de. cre. co[m]m[un]a. §. c. pri. j. R[ati]o. bodie pubere no[n] h[ab]et voce in capitulo. nisi excesserit xvij. annum.

**S** Diaconatus. Is i anno. xx. possit q[ui]s esse diacon[us] no[n] per b[en]eficiu[m] q[uo]d possit esse archidiacon[us]. de eta te eni[m] p[ro]mouendoz ad dignitates termi nata. p. §. inferiora nihil hic imutat. als sequeret q[uo]d cu[m] subdiacon[us] possit in ep[iscop]o eligi. e. ti. a multis. et maior. xvij. subdiacon[us] esse possit. vt hic ergo possit eligi. q[uo]d esset falsu[m].

**T** Anno. si p[ro]ordinat suspensio ordinis a collatione ordinis. et ordinatus ab executione ipsius ordinis vsq[ue] ad etate[m] legitimam. de tem. or. vel no[n] est. et p[er] decre. e. ti. dilect. no[n] p[ro]p[ter]o ep[iscop]i circa etate[m] hanc dispensare posse.

**V** Promoueri. § que est etas minor ordinu[m]. dic q[uo]d maior in fantia. xvij. di. de bis. de tem. or. nullus. li. vj. lxxvii. di. c. ij. et vide q[uo]d ibi notauit summa. et c. sup[er] inordinata. de pben. io. an.

**Q**ue de ecclesijs. se sumat tria vicēs.

**C**ura. in foro iudiciali vel penitentiali. vt scripsi post anno. et hosti. de pben. de multa.

**A**mittendis. nisi i casib[us] exceptis. q[ui]s collegi. §. d. pben. d. multa. et puto q[uo]d etia[m] constitutio io. xvij. excreabilis. locu[m] habeat in bis vicarijs. cu[m] expresse loquat[ur] de beneficijs et officijs curat[ur]. in. §. qui vo.

**D**e ipsar[um] ecclesiar[um] curatar[um]. et intellige de no[n] collegiat[is]. de elec. statut[us]. li. vj.

**P**romouendis. infra annu[m] de elec. l3 canon. li. vj. et q[ui] incipiat currere ibi patet. et c. ti. co[m]missa. Et in hoc differt. a co[m]m[un]e da talis vicaria. q[uo]d co[m]m[un]da parochialis ecclie no[n] pot[est] fieri nisi sacerdoti. de elec. nemo teinceps. li. vj. vicaria sicut i rector[is]. de insti. c. ij. li. vj. co[m]m[un]da pot[est] no[n] sacerdoti. diuino sacerdos fieri possit. vt hic. e. ti. c. fi. Et scias q[uo]d pena illi[us] decre. vit. no[n] est sublata p[er] ista q[uo]d est dicere. q[uo]d etia[m] infra annu[m] si moniti no[n] p[ro]mouent p[ro]uari possunt. sicut de rector[is] no[n]. quo ad penas. §. inferiora. in decre. l3 canon. in glo. antepe. in p[ri]m[is].

**S**acerdotiu[m]. in hoc corrigi. q[uo]d no[n] archi. de elec. l3 canon. li. vj. §. is etia[m]. vbi tenebat in p[er]petuis vicarijs illud cap[itu]l[um] lo. cu[m] no[n] habere. cu[m] de rector[is] loquat[ur] vt ibi patet. Sed nu[m]qd ep[iscop]i cu[m] istis vicarijs sup[er] differendo sacerdotio p[er] septenu[m] poterit dispensare fm forma. c. cu[m] ex eo. de elec. li. vj. vide q[uo]d no[n]. for. tius eni[m] astrictus est vicari[us] ad residentia[m] p[er]sonale[m] q[ui]s rector[is]. de pben. extirpade. §. qui vo. Itē vicari[us] no[n] dat vicariu[m]. e. ti. de ricos. Contrariu[m] puto p[er] decre. ista. et q[ui]s decre. cu[m] ex eo. generali ter p[er]mittit ep[iscop]os dispensare cu[m] bis q[ui] obtinent ecclesias. q[uo]d ver. bu[m] ita includit vicarios vt retores. Itē r[ati]o p[ro]missionis illius est co[m]m[un]is istis vt illis. ergo ide[m] ius. de consti. transla. ad decre. de ricos. resp[on]deo q[uo]d hic vicari[us] no[n] dabit vicariu[m]. § ep[iscop]us disp[en]sas sicut als loco rector[is]. ita et hic loco p[er]petui vicarij ponet vicariu[m] septenale. vt in decre. cu[m] ex eo. §. poro.

**E**oz. f. rector[is].

**E**tate. f. q[uo]d attigerint. xvij. annu[m]. b[is] de elec. cu[m] i can[on]e. §. in ferioza. e. ti. l3 canon. li. vj. Et dico q[uo]d sicut cu[m] rector[is] no[n] disp[en]sat ep[iscop]us i etate. de eta. et q[ui]s. c. vno. li. vj. ita nec cu[m] vicario p[er] hac litteram.

**P**erpetuis. i. sp[irit]ualib[us] ergo no[n] h[ab]et hoc locu[m] de quib[us]. §. de ap. punit. q[ui] de de. no[n] resi. c. pe. de voto. c. fi. de elec. cu[m] ex eo. li. vj. de regu. b[en]eficiu[m]. e. li. sic et alibi distiguim[us] vicaria p[er]petua a t[er]p[or]a

li. de rescrip. postulasti. de fi. p[ro]f. co[n]stitutus. et c. michael. Perpetuos aut vicarios cognoscas p[er] id q[uo]d habes. e. ti. ad b. de pben. extirpande. §. qui vo. de cap. mo. c. j. li. vj.

**P**arochialiu[m]. de bis loquit[ur] et no[n] simpl[iter] de curatis. q[uo]d so lu[m] in ecclesijs parochialib[us] annexis p[er]petua vicaria vide[re] p[er] missa. et no[n] simpl[iter] i beneficijs curatis: p[er] decre. extirpande §. qui vo. de pben.

**T**olum. p[ro]bari videbantur hic p[er] antiqua iura. p[er] mu[m] de pluralitate. §. e. c. j. et c. p[ro]vide ns. secundu[m] de sacer dotio. §. co. ti. c. fi. terciu[m] de etate p[ro]bari poterat p[er] can de decre. fi. q[ui] pbat eu[m] curatu[m]. et p[er] de cre. sup[er] eo. §. pben. li. vj. §. q[ui] l3 decre. j. p[ro]hiberet eni[m] h[ic] vicaria cu[m] ecclia. et decre. p[ro]uideas. p[ro]hiberet illis plures h[ic] vicarias. no[n] t[ame]n p[ro]uabatur illu[m] p[er] a de p[ro]uisione secun de. §. de l3 decre. vl.

**Q**uens quintus in concilio vicensi.

**De officio et p[ro]te delegati.**

**I**udices sup[er] receptio ne testium in causa ciuili. nec non executores ad p[ro]uidendum aliquibus si p[er] inquisitionem so

pcipet illu[m] fieri sacerdotē no[n] t[ame]n p[ro]uabatur illu[m] hoc no[n] faciete Itē de etate iō v[er]b[is] verbo volum[us] no[n] verbo de daram[us]. p[er] rogando bis casib[us] penas iuris ad tales vicarios. et forte sa tis erat de mente. vt de p[ri]mo casu no[n] ber. §. e. c. j. de secūdo p[ro]bat decre. co[m]missa. de elec. li. vj. q[ui] sic late in suo p[ri]m[is]. p[ro]nt §. co[m]missa. de tercio satis patet vbi ponit §. secūdu[m]. Sive ergo recipiat talis vicari[us] simile vicaria sive dignitate p[ro]nati vel beneficiu[m] curatu[m] vacat p[ro]ma. Idē si co[n]certas. vt quia d[omi]n[us] dignitate p[ro]nati vel beneficiu[m] curatu[m] recipit tales vicaria. vacat p[ri]mu[m]. de dignitate §. de p[ro]nati b[is] subti cut. q[ui] no[n] co[n]ueniebat illis q[uo]d hic de sacerdotio d[omi]n[us].

**I**udices. se sumat dices duo. r[ati]o h[ic] determinat no[n] p[er] iano. et hosti. §. e. ti. c. fi. et q[ui] ibi scripsi in vlti. glo. et de re iudi. cu[m] bertboldus. et q[ui] ibi scripsi sup[er] glo. §. quali Secūdu[m] dicit[ur] approbat q[uo]d no. io. mo. §. e. ti. is cui. li. vj. vbi tenet q[uo]d si co[m]mittit[ur] executori examinatio illi[us] cui est faciēda p[ro]uisio. vt sit i forma pauperu[m] q[uo]d subdelegat poterat. et no[n] hoc principiu[m] q[uo]d dicit iudices. p[er] q[uo]d patet q[uo]d t[ame]n t[ame]n talis receptor testiu[m] subdelegat q[ui] iudex e. se. ergo si sit nudus minister. puta q[ui] receptor testiu[m] iuramentis examinatis articulis sup[er] q[ui]bus p[ro]ducunt[ur] et interrogatoris fm que os fieri ex aminatio co[m]mittit[ur] id alicui expediēdu[m]. iste eni[m] no[n] est iudex nec p[ro]p[ri]e receptor. §. p[ro]t[er] examinatio ipsoz testiu[m]. et talis actus fieret die feriato. vt no[n]. guil. in spe. de ferijs. §. ij. §. sed q[uo]d si t[ame]n receptor aut q[ui] iudex est cogit testes. citat eu[m] co[n]tra que p[ro]ducunt[ur] ad videndū eos iurare. audit exceptiones. receptor iuramenta. refrenat multitudinē testiu[m]. examinat inter rogatoz. punit teste q[ui] aures ei[us] offendit. §. d. testi. l. nullu[m].

**L**uz ergo iurisdictione habeat ex quo illa h[ic] a p[ro]p[ri]e subdelegat. Videbat[ur] aut[em] co[n]trariu[m] quasi esset nudus minister p[er] p[re]. de cre. vlti. §. e. §. illud procederet in examinatore. et buic §. iudices co[m]m[un]e lram. j. in si. a se. ap. deputati.

**C**iuili. no[n] intēdit p[er] hoc v[er]ba excludere causas sp[irit]uales. § crimiales. in q[ui]b[us] debet testes exhiberi corā iudice. vt i aut. de testi. §. et q[ui]s. coll. vij. §. de fi. instru. aut. apud eloquentissimu[m]. et no[n]. ij. q. ix. testes. de iudi. at si clericu[m]. in iij. glo. de testi. co. c. j. bene t[ame]n possit criminalis ca[us]a delegari. de hoc. r[ati]o. q. iij. illud. r[ati]o. di. c. j. de rap. i archiepatu. de testi. in inte. c. pe. et in spe. e. ti. §. fi. §. itē q[uo]d est delegatus in ca[us]a. Jo. an.

**N**ecnon. resoluunt in vna affirmatione. §. de v. sig. si duo bus. et operant[ur] copulā. scz ac si diceret. et m[ag]i. Executores. deputati a se. ap. q[uo]d est. j. et titulo patz q[uo]d isti habent delegata iurisdictione. vt no[n]. de rescrip. tibi. qui. is glo. ij. li. vj.

**A**liquibus. nominatis. §. e. is cui. li. vj.

**S**i per inquisitionē. hoc inducebat dubiu[m]. quasi in inq[ui]sitione sit electa industria persone. et bec clausula co[n]ter po nit in forma pauperu[m] in qua scribitur q[uo]d cum fuerit reperit idoneus in litteratura per examinatores ad hoc deputatos co[m]mittit papa quod si zc.

**S**olertem. quasi sollicita vigilante astuta sagacem et in-  
dustria. et scribitur per unicum. i. dicitur versus. Exiguus pulchra  
ducit solertia vita.

**P** eos. pro quibus scribit. Jo. an.  
**Q** Reppererint. si numquam eis necesse erit quod procedat super hoc  
cognitio vocatur quod  
rus interest. videtur  
quod sic. propter verbum  
istud et verbum in  
quisitione. dicitur in  
no. in decre. vi. de p  
fump. quod sunt de quod  
sonat in monito-  
re non in conditio-  
nem. puta si persona  
sit idonea et similia  
ziste non dant no-  
ua forma mandata  
instruunt executio-  
re quali persone pro  
uideat. quare tene-  
ret tunc pmissio fa-  
cta indigno. et ex-  
coicatio propter hoc  
lata licet sit iniusta.  
cum executor in his  
iurisdictione beat.  
**S**unt que bene  
sonat in conditione  
ut si dicit. puidetur  
p. in tali ecclesia si  
de tali vico sit omni-  
bus. hoc enim sapit  
pditione. et forma

lertem eos esse vite laudabi-  
lis et conversationis honeste re-  
pererint a se. apo. deputati:  
alijs possint committere licite  
vices suas. **Q** Lem. v. in  
concilio vniuersali.

**De officio ordinarij.**

**U** clericorum audacia  
qui preterea privile-  
gij clericalis ordinis  
impunitate excessiuum obtinere  
sperantes: nonnulla multociens  
committunt enormia: per que  
nimuruz diffamatur ecclesia: et  
scandala grauia in populo ge-  
nerant: potissime cum talia per  
epos ad quos horum spectat cor-


recta ad iudicium mandata. unde si non est vera non valet pmissio.  
nec excoicatio propter id lata. propter transgressionem mandati. de  
rescript. cum dilecta. Nec auderet petere pmissionem nisi oia forti-  
ri sui effectum. cum neget iurisdictionis fundamentum cuius accessio-  
rius est. pmissio ut ibi plenius sequitur. Dicit tamen inno. quod et in pri-  
ma et secunda clausula is cui scribitur si vult potest esse merus exe-  
cutor. et sine cause cognitione. puidere de vacante. potest etiam  
assumere partes iudicis inquirendo de predictis vocatis et non  
vocatis his quos res tagit. dum non committet iurisdictionem ha-  
buerit. ut sic possit delegare quod poterat delegare. Differunt  
tamen processus facti cum cause cognitione ab his qui sunt cum non  
cognita quo ad iudicium eorum quos res tagit. ut ibi inno. inno.  
et bos. et etiam dicitur quod dato quod da si persona sit idonea non sit in  
rescripto. potest executor super ea partes iudicis assumere. cum  
subintelligat. bec vera nisi merum ministerium esset illi commis-  
sum. Dicit tamen inno. alios melius distinguere in clausula que  
sonat in conditione si de tali vico etc. vel si dectoratus est in  
theologia vel si etc. si per tales lras tollit vel ledit ius alicuius  
puta pmissio ordinarij non puidetur executor. nisi vocatis  
his quos res tagit. de conditione cognoscat tamen de plano sine  
libello et lris contestatione. quod bodie pz. j. de iudi. dispendio  
fam. Et idem in silibus ubi in rescripto pambula est conditio  
non subintelligat. ut. s. primo pntib? pntib? illa diffinitas. ut si  
mandaret inquisitio veritatis fieri debet aliquis si fuerit infama-  
tus. Si vero lras non tollit nec ledit ius alterius. ut si. pui-  
for mandat alteri quod puidetur sub illis conditionibus. tenet p-  
missio etiam super illis inquisitione non facta nec vocatis partibus  
quod nec congrue sunt hic partes. et si dicitur iudicium sit ecclesie cui  
plus expediret habere istum sic conditionatum quam alium. respondet  
quod opponi non potest contra pmissionem delegati sicut nec delegati.  
vel dicit quod pmissio delegati ex eo quod non seruauit formam sit  
nulla non pro hoc sequitur quod necesse fuerit partes in pmissione vo-  
cari. Dicit tamen inno. quod siue in monitione siue in conditione  
sonet clausula. tenet pmissio delegati non pmissa cognitione. quod non est  
iudex si pmissio de elec. venerabile. v. exercent. tamen si monitio  
vel conditio non est vera. cassatur vel cassus nunciatur quod attenta  
pmissio: tamque obrepticum. de re iudi. cum olim. in fi. Potest tamen  
pmissio assumere partes iudicis. et si tunc non admittit oppositio-  
nem contradictoris de falsitate clausule poterit ab eo appellari. ex  
partes iudicis assumpsit ut dicitur. Alii contra. cum ad id non teneat  
et faciat id solum ad sua instructionem. nec sit sua necessaria. se-  
cus si dicatur in lra. si tibi constiterit quod sit de tali vico etc. tunc. n.  
si iuri alteri iudicatur. cum talis fungatur vice iudicis non pote-  
rit constare nisi partibus pntibus. et si non pmissit cognitionem p-  
cessus non valet quod si alteri non iudicatur. tunc valet quod sine co-  
gnitione facti. cum non tagit iudicium. si tagit bono viro sit hoc sibi  
commissum. ex quo ergo non est iudex vel inquisitor satis est et in-

struat se et placuit. quod vtile si putauit sic sumare pre. glo. inno. et  
bos. valde pluras. et per hoc sine pateat solutio questionis.  
**r** A se. ap. als non esset dubium.  
**s** Committere. eadem ratione dicitur quod succedat in his illis successoribus  
si scriptum fuit dignitati non expressio nomine persone. s. e. qm. abbas.

rectio deservant ut plurimum in  
correcta: pensius compescat  
eisdem episcopis districte in iu-  
gum: quatenus sic circa correctio-  
nez clericorum huiusmodi vigi-  
lanter intendat et diligenter sui  
officij debitum exequantur: et  
eisdem clerici metu pene a suis  
arceant insolentius: et alij co-  
rum exemplo prerriti psilire  
ad similia merito primescant.

**I**dem.  
**E**t si ab apostolice sedis  
legato de beneficio facta  
collatio beneficii aliud obti-  
nenti non valeat nisi de illo quod  
obtinetur facta fuerit mentio  
spalium: in alijs tamen quibusli-  
bet collationem beneficiorum

et ponit hic audacia in mala parte. sic. iij. di. facte sum. alibi in  
bona. viij. q. j. audaciter.  
**y** Privilegijs. tam immunitatis persone. de qua. xvij. q. iij. si quis  
quod fozi. s. de fo. compe. nullus.  
**z** Spectantes. ut quas spes que sunt neque sunt neque oves. d. sen. ex.  
ut fame. et facilitas venie in certum etc. d. vi. et bo. de. ut dicoz.  
**a** Diffamatur. i. male de ipsa predicatur. vel. i. vilificatur et debone  
stet. sic etiam exponitur. s. de obli. ad ro. c. vno. in fi. et concor. ij.  
q. v. si mala fama.  
**b** Scandala. quibus obuiandum est. etiam si pusilla sunt. s. de  
no. ope. nun. c. ij. o. an.  
**c** Populo. p. cor. ij. q. v. psbyter si a plebe. de pur. ca. c. ij.  
**d** Prouisus. idem verbum vide. s. e. cor. de eta. et qua. ut bi  
qui. et vide quod ibi dicitur.  
**e** Episcopis. ad quos de iure conuenit hoc pertinet. possit tamen ad  
alios de iure speciali spectare. et. irrefragabili. de fo. compe. cuz  
contingat. dicitur ibi.  
**f** Metu pene. p. cor. de elec. cum in cunctis. de vita et bo. de.  
et clericorum. cum suis concor.  
**g** Insolentius. de accu. qualiter. ij. v. verum. insolenti est mo-  
rum inconuenientia fatuitas vel superbia. vel prauus versus quasi  
contra solitum et debitum nature cursum.  
**h** Prerriti. cor. ij. q. v. ij. qua propter. et. irrefragabili.  
de calu. c. ij. de iude. ad liberadam.  
**i** Si ab apostolice. breue est de daras. de re. vlt. de offi. lega-  
ti. vj. et principale dicitur corrigi quod ibi non. archi. qui dice-  
bat idem in alijs ordinarijs quod in legatis que etiam sunt ordi-  
narij. et approbat quod ibi non. et exponas etiam per quis.  
**k** Legato. de latere. nam alij beneficia conferre non possunt. quod  
dicitur de offi. lega. c. j. li. vj.  
**l** Facta. declarari debuisset quod curasset si p. pilatoribus? adbe-  
sisset. an intelligeret hoc de collatione facta etiam motu p. po. lega-  
ti. circa quod sunt opiniones. mihi videtur quod valeat i. inno. s. i. de-  
cre. vi. de offi. le. et archi. in decre. si motu. de pben. li. vj. in pnt.  
**m** Beneficium. quantumque modicum. s. pben. si motu p. po. li. vj.  
**n** Specialis. in hoc approbat quod non. archi. in pre. de re. vlti.  
ubi dicebat quod in tali collatione facienda erat mentio spalium  
beneficij. nec sufficiebat generalis qualis est illa. de pben. non potest  
in fi. li. vj. et facit per bos. s. cor. post. in his que scripti de rescrip-  
tu nostra in fi. An de etiam de qualitate cure beneficij quod bz  
impretrans facienda sit mentio. dicam. j. de preben. c. j.  
**o** Quibuslibet. si s. metropolitanus episcopus archidiaconus vel quis  
alij offerit beneficium in collatione non est facienda mentio prioris  
beneficij. s. habeat distinctio an de iure conuenit possit utriusque teneri  
vel an sit dispensatio necessaria et cui?  
**p** Collatione. de electione vel pntatione non dubitatur. pedit  
enim illa ex officio pfirmatoris. s. e. ti. cum vos. de elec. nihil est.







locū habeat solū in appellatōib⁹ interiectis ad pāpā. ⁊ sic intelligat qd̄ ibi nō. quo ad penā opponentiū locū habeat etiā in appellatōib⁹ interiectis ad alios. vel etiā si nō fuerit appellatū qd̄ forte fuit de mēte. facit de elec. vt circa in fi. ⁊ c. si forte. li. vi. ⁊ si sic intelligam⁹ rōnes quas inducebat in-

no. in pte. de cre. su per bis. bene ada- prabūe huius casui sic generalit̄ posito. Dicebat enī qz qz p obiectōes cri- minū de quib⁹ hic loquit̄ diminueba- tur status oppon- tis. ex eo qz in pba- tiōe deficiēs suspē- sus erat ab ecclia- sticis beneficijs p- triētiū p cōstitutō- nē p̄dictā. ⁊ si se in- terim diuini inge- ret. p̄petuo erit pu- uatus. ergo hic pcurator p quē status dimiui poterat. ff. de va. ⁊ extraor. co. l. penul. sine spālī mādato non poterat opponere. all. ff. de mino. l. illud. de procura. l. nō solū. §. si. ⁊ l. primo gradu pena sit tpalis nihilomin⁹ dīminutiō ē sta- tus cōtinet. nā ⁊ relegatio ⁊ dānatio in opus publicū sunt tpales. ⁊ tñ dīminutiō ē status p̄tinet. ff. de penis. l. quidā ⁊ sic respondebat ad leges. ff. pro socio actione. §. renūcia- re. ff. de iniur. sed si vniū. §. pcuratores. qz dissoluere socie- tatē vel agere iniuriā p actiōe dato qz succūbat. nō cōtinet dīminutiō ē status. ⁊ iō nō requirit̄ exp̄sūz hoc in illo qui bz omniū administratiōē. hāctamē rōnes textus. j. nō ex- p̄mit. nisi dicas maiōritatē vel grauitatē ex p̄dictis consi- derari. qd̄ satis videt̄ vt statz dicā. sed cū p̄dicta pena sit hodie restricta ad ip̄i⁹ bñficiā ecclie. de elec. si cōpromissari⁹ li. vj. in fi. si cōstitutus nō habet ibi beneficia cessat rō. §. suffi- ciat generale. sed puto cōtrariū per ibi nō. in vlti. glo. ⁊ per de cre. de regu. per inquisitionē. de elec.

qz Grauiora. p̄cordat quo ad rescripta. §. de rescrip. sedes qd̄ tñ regularit̄ etiā in procuratorib⁹ locū nō habet. vt ibi scripsit sup. iij. glo. nec ob. bec lra p quā p̄ma facie videt̄. qd̄ nō puto de mēte. qz si in pcuratorio exp̄sū cām fidei epā- lē vel similit̄. generalitas tūc cōprehendit hūc casum. Sunt enī cause maiōres mediē ⁊ mīōres. de quib⁹ scripsit p̄ host. de cri. fal. c. fi. sed si diligenter attendas lra nō dicit qz gene- ralitas adiecta in pcuratorio exp̄sū cām non includat maiōres causas. nā ⁊ illa generalitas sine expressiōe indu- deret. vt si nulla cā expressa cōstitutū te pcuratorem ad oēs causas meas. ff. e. l. j. sed dicit qz generalitas adiecta in pcuratorio cause que requirit̄ spālē mādātū nō includit grauiora. Et satis puto qz grauiora intelligit̄ p modū de quo p̄- dixi. Itē sunt ista odiosa intantū qz ecclia exdula p pempto- riū nō relinquit̄ ad ista p̄ponēda fm compos. qui hoc nō. de elec. qz sicut. ⁊ guil. in spe. parte. ij. de resti. in inte. §. ij. sed pone ecclia.

r Maiora. cōcor. ff. de vi. tri. ⁊ oleo. lega. l. vlti. in fi. de au. ⁊ ar. lega. l. plauti. xij. di. nos p̄suetudinē. de elec. scriptū ad h. Sed cū aia sit p̄cisior corpe de pe. ⁊ re. cū infirmitas. in fi. cū concor. ergo exp̄sū iuramenta que ligāt animā ad penā et ernā grauiora videt̄ qz isti obiectus qui ligant corpe ad penā temporale. So. nego animā cōstitutētis ligari ad per- iuriū p pcuratorē. nisi cōstitutus sit in culpa. qd̄ dic vt de iur. iurcuran. c. vlti. li. vj.

Religiosus. se sumat determinās. nō p imo. ⁊ hosti. de re iudi. cū. §. ⁊. in prin. ⁊ qz dicit religiosus genera- le verbū est ⁊ includit omnē p̄fessū. intelligo tamē de dāstrali. secus in plato. ⁊ facit de censu. sopite. ⁊ qd̄ ibi nō. hosti. ⁊ iō. xvj. q. j. de p̄ntiūz. ⁊ qd̄ nō. de testa. c. ij. li. vj.

t Est p aliū. hoc dicit qz qñqz lz itra boies eiusdē collegij vel p̄fessionis quod non lz inter extraneos. §. e. compil. de elec. c. j. e. ti. quia propter ad fi.

v Licentia. xvj. q. j. monachi. ij. §. de postu. c. ij. p̄r que iu- ra videt̄ qz nō sufficiat licētia. nisi subit vtilitas monasterij. Ad id qd̄ opponit̄ de milite qui pcurat cām numeri sui. re- sponde vt nō. in pte. c. monachi.

k Suscipere. ⁊ si suscipiat ⁊ cōtestet̄ litēm. lz quidā dicāt deinceps capi nō posse. verius tamen est qz exp̄cipit p̄ fm hosti. vt satis scripsit. §. e. in nostra. super glo. quādo dicat. vt quo ad ipsum mundo mortuū exceptio sit pemptoria. ⁊

quare aliud in milite. ibi dicit. y Conforte. vt pater in predi. de cre. cū. §. ⁊. in prin. de ac- tu. olim. ⁊. c. ex parte. de censu. sopite. An vō cōforz p cōforze audiat ante lit. cōtesta. vel post sine mādato. collige. p nō. de cōsti. cū. ⁊. in. j. glo. de do. ⁊. c. tu. cū dilecti. in. j. glo. ⁊ bis que

ibi dicit ⁊ pater. §. de confor. l. j. ⁊. ij. ⁊. ff. d iudi. si petitor.

3 Constituire. re- pete sine licētia pla- ti. Et itelligit̄ i bis ca- sib⁹ qz sine plati li- cētia psonalit̄ esse i iudicio nō possz. als in illis casib⁹ quib⁹ quod per se p̄r per aliū poterit. de re. iu. potest. li. vj. ff. e. ti. l. filij in prin. imo me- li⁹ est qz p aliū. de fyt di. c. vno. puta cum ipsum superiorē de- nunciat vel accusat. vt in pte. de cre. de accu. ex parte. ⁊. c. olim

Pre ad eam electionis monasterij sui. de consue. cū dilecti. de rescrip. cum dilecta. de re iudi. ad pb andū. vel sue p̄rie cui de superioris licentia cōfensi. ergo pcuratorē dare poterit quasi li- centiā etiā ad hoc habuerit. ex quo licentiā habuit cōfentien- di. de offi. dele. preterea. ⁊. c. suspiciōis.

a Substituere. repetere sine superioris licētia p verbū ita quod p̄cedit. videbat̄ cōtra. quasi iste esset pica vel organū cōstituē- tis. ⁊ p ipsum quasi p fistulā vel lapideā canalē deueniret po- testas de cōstituēte ad substitutū. ar. j. q. j. si fuerit. §. negari nō p̄t quin in eo qz vult actū substitutionis suscipere ⁊ substi- tuere frangat abdicatio voluntatis ⁊ obediētie quā p̄misit. ⁊ hoc est rō hui⁹ iuris. xij. q. ij. nō dicatis de elec. si religiosus. li. vj. nec sine eius actu recipit officiū substitutus. ⁊ facit qd̄ nō. de elec. c. pe. li. vj. in vlt. glo. ⁊ vide qd̄ dicā in vlti. glo.

b Expresse. forsan expressa psona. §. de hoc nō curo. satis est enī qz habeat mādātū substituēdi et incertū. §. e. c. j. ij. Rñ.

c Commissum. no. ad qñez de illo qui cōstituit pcuratorē in- habilē cui de dicit mādātū substituēdi an substituere possit. ⁊ vi- debat̄ quibusdā. vt pe. de bel. §. e. qz quis. als. l. quāvis qz sic p regulā. qui p aliū. de re. iu. li. vj. quasi videat̄ a dño cōstitutus ff. qz causis vniuer. nomine. l. ite eoz. §. si de curiones. ff. de cō- di. in fi. l. institutio talis. vbi lz beres nō instituat̄ i codicillis. p̄t tamen institui in testamento nominand⁹ in codicillo ad hoc fa. ff. de ser. ru. predi. cū essent. §. j. vbi serutus cōcessa ab eo qui habuit ab alio p̄tatem cōcedendi non ab ipso sed a p̄- mo dño videt̄ esse cōcessa. ad hoc bene facit de offi. dele. in- der. li. vj. vbi delegatus inhabilis subdelegat. Tu distinguis inhabilitatis specie. aut enī penitus ⁊ ipso iure inhabilis est. quo casu nec substituēt. ad hoc pte. de cre. iuder. in fi. aut est in- habilis ad officiū p̄pter defectū auctoritatis. quā interceden- te habilis esset ⁊ eo casu necesse sit illi auctoritatē interueni- re. vt substituere possit vt hic. aut est inhabilis p exceptionēz quā non opposita habilis esset ⁊ eo casu substituēt. ar. pte. de cre. iuder. in prin. ⁊ per hoc soluit̄ questio de excōicato an substituāt quam dixi de pba. post cessionē.

d Procuratorē. se sumat reproband⁹ qd̄ nō. imo. de fo. cō- pte. dilecti. ⁊ approbat in parte qd̄ ibi nō. hosti. ⁊ de hoc in spe. de syndi. §. j. v. quid si aliqua. ⁊ hosti. e. ti. §. ij. v. sed nunquid pcurator p archi. e. ti. si duo. li. vj.

e Rectorē. de ecclie stico loquit̄. qd̄ p̄z p verba sequētia. tñ etiā de rectorē ciuitatis loquebant̄ imo. ⁊ spe. io an.

f Pro ecclia. inuit qz secus si p causa p̄ria. mādātū enī tūc finit̄ morte re integra. re nō integra nō. ff. e. si de funcit. in fi. man. §. itē si ad huc. ff. man. inē causas. §. mādātū. l. mā- datū. vbi nō. ⁊ in pte. §. itē si quādo dicat̄ res integra. Dic qz in iudicijs ante litē cōtestatā in negocijs anteq̄ fecerit p̄pa- ramenta. hoc aut qz p ecclia cōstitutus erat mouebat imo. qui dicebat qz cū ecclia nō moriā. tñ. q. h. liberti. de rescrip. si graciosel. li. vj. ⁊ pcurator p ea sit vatus ab eo qui poterit. §. p̄- lato. etiā sine cōsensu capli. de rescrip. edoceri. nihil est qd̄ p̄bi- bebāt illū agere cām sibi commissā. et si res sit integra. p pte. de cre. dilecti. ⁊ p de cre. petitiō. §. e. ti. ⁊ p. l. amua ff. de an. lega. §. pcuratorē cōstituto ad negocia. q̄nis generalit̄ ferebat qz post mortē p̄stituētis nō debeat in age noua negocia. ff. §. ne. gest. nā ⁊ serui. §. si viuo. §. hosti. alit̄ vt statim dicā.

g Reuocari cōsem. Dicebat hosti. qz pcurator iudiciōz nō agit plato mortuo. donec sit ecclie de plato. p̄uisū. rō fm enī ē



determinat tempus infra quod eodem modo responderi potest ad l. nec non. §. si quis sepius. c. ti. vt. l. loquat de tpe ad qd vel si vis in telligere de tpe infra quod loquit de anno vt. l. cui loco dat bo die quadrienniū. sicut si hodie dicerem Iesum in quadriennio restitui infra quadrienniū. lex vlt. ff. de mino. facit pro. qz ibi tēp<sup>9</sup> infra quod pcedit tēp<sup>9</sup> ad qd. 2. dant ibi bec duo tēpora diuersis

Ibi eni a tpe i nte. resti. cōcessē minoz qui nouerat. restitui tur creditoz tēp<sup>9</sup> qd sibi superat de tpe ali actione nouationis tpe p eundē moduz responderi potest ad l. si debitor. §. si. ff. ad velt. si diceret qz ibi restituitio fiat p iudicis officiu. vel dic vt rius vt ibi no. l. qz si ne tpe infuallo ipo iure p. l. restituit p ma actio. 2. p eundē moduz responde ad §. si cōditionalis su pins all. ad. l. cū post ff. qn act. de pe. respō de vt ibi no. nec ibi de resti. loquit. Ad rōnes quā dicebant

primi qz als erit deterior cōditio illius qui vsucepit tpe mino ris etatis vel absentie cā reipu. qz si nō vsucepisset. completa eni etate vel cessante cā vsucepisset p trienniū 2 tu vas quadri enniū. Rūdeo qz non est deterior. qz cessante vsucapione ille possit vendicare qd mō nō pōt. imo fm quosdaz est pā ne cessariū iudiciū rescindēde. qd est dicere qz pā rescindat im pedimentum vsucapionis. 2 postea rescisozū dat. i. pūstina actio que dat vsucapione rescissa. tñ seruaf qd simul vt ruz intentat. qd fieri pōt vt nō. quil. in spe. iij. parte. c. ti. §. nū quid in eodē. nec est melior cōditio eius cōtra que vsucapit i absentia qz in pñsentia. qz vendicatio infra trienniū ppetuaret sibi actionē p cōtestationē. §. officiu nō perpetuat p cōtesta tionē vt. §. diti. eque igit dat tempus longius.

Quadrinio. §. ptra temporalis pscriptio nō currit mino ri sed ipso iure seruaf illesus. l. in qui. cau. l. si. ergo nec eccle sie. folue vt dixi. §. e. constitutus. sup glo. cōsuetudo. 2. c. fi. in vj. opo.

Probabit. l. 3. ergo ex affirmatione minoris vel ecclesie ex aminent cause restitutionis in inte. vt supra. nō tñ cōcedit re stitutio nisi lesione pbata vt bic. de quo vide in spe. c. ti. §. ij. §. illud quoqz.

**D** Adum. **C**asus. Constitutio bonifacii. que bz qz cita tiones etiā extra dies solēnes publice facte de mada to pape in audientia litterarū applicarū 2 vel papali pa latio affixe tanuis maioris ecclesie loci in quo papa cū curia sua degit arcent citati ac si ad eum psonaliter deuenissent re stringit ad eos qui impediunt ne ad eos possit citatio perue nire vel quoz domiciliū tute nō pōt adiri. Et primo ponit cō stitutionē bonifacii. secundo illa restringit. tercio. ptestat. ibi porro. 2. constitutio ista pcessit concil. vt in pbemio dixi. 2. patet. j. c. pri.

**C** Constituit. in sua extrava. que emanauit post settuz que incipit. rem non nouā.

**C**itationes. l. 3. qz de citatione hic tractat competens poni potuisset sub ti. de dilationib<sup>9</sup>. maxime cū prima citatio vide atur ante iudicialis iuxta nō. p. inno. 2. hosti. de proba. qm. vt ibi scripti sup §. citationes. qz tamē etiā p primā firmat iudi cū 2 ppetuat 2 puenit iurisditio. de fo. cope. pposuisti. de offi. dele. gratū. cum concor. 2. ideo in isto titulo cōgrue ponit. vt sciat sup tali citatione posse firmari iudiciū. facit insti. de pe. teme. lit. §. si. 2. quod nō. ff. de in ius vo. sup rubrica. 2. est buic si. e. ti. c. j. 2. ij. li. vj.

**C**ubuscūqz. exprimit ipsa constitutio cuiuscūqz sint stat<sup>9</sup> dignitatis vel pminentie ecclesiastice vel mundane. etiā si impiali vel regali pfulgeat dignitate. tollit etiā oēs cōtrariā indulgentias vt ibi patet.

**A**ndecūqz. etiā vltra duas dietas 2 extra puincia. est eni papa vicarius illius cuius est terra 2 pleuitudo orbis ter rarū. 2. de deci. tua. ij. q. ij. cūcta.

quadriennio tempus lesion is exi stat: sed nō fiat restitutio: nisi ad tantū temp<sup>9</sup> quātuz se lesam fore pbabit. **Q**uemēs quintus in concilio viciensi.

**De iudicijs. Rubrica.**

**D** Adum<sup>9</sup> bonifacii<sup>9</sup> pa pa octau<sup>9</sup> pdecessor noster cōstituit: vt ci ratiōes<sup>9</sup> auctoritate aplica de psonis quibuscūqz ac etiā vn decūqz instar edictoz i albo<sup>9</sup> pzois ppositozi etiā extra di es solēnes<sup>9</sup> in quibus romani pontifices pcessus consueue

**g** Albo. erat loc<sup>9</sup> dealbatus vbi scribebant edicta. de quo in aut. de litig. §. omnē. coll. viij. ff. de iur. om. iudi. si qd id. ff. de albo scri. l. j. 2. ij. de hoc vide in spe. de to. 2. cōtu. §. restar. in prin. 2. de cita. §. sequit. §. 2. nō. fm vber. vbi etiā nō. qui iudices citare poterat p bec edicta 2 qui non.

**b** Solēnes. solēt eē dies iouis septi mane sancte dies ascensionis 2 festuz dedicationis basilicariū petri 2 pauli. quod fertur esse de mense nouembus in octaua bti mar tini.

**i** Generales. cor tra hereticos cre dētes 2c. vt scripti de here. excoicam<sup>9</sup> §. sane. sup. j. glo. portantes sarace nis merces. pbibi tas vt scripti. de iu de. q. oliz. sup glo. ij. 2. piratas. de hoc de rapto. exco mu nicationē. exigen tes vel imponetes noua pedagia. de cens. inuouamus.

rūt facere generales: ipō pa pa spāliter 2 ex certa<sup>9</sup> scia id mādante<sup>9</sup> facte in apostolica rū audientia publica liztera rū vel in papali palatio<sup>9</sup>: pu blice postmodum maioris<sup>9</sup> ec clesie loci i quo roma. pōtifex cū sua curia residēbit tanuis affigēde sic valeat: atqz artēt citatos post lapsū terminum quez considerata distantia lo coz citationib<sup>9</sup> ipsis apponi conuenit competentem: ac si ad eos psonaliter deuenissent. Quia vo statutū ipz rōabiliter editū p maliciā tpe tūc in stātis nōnull nimis rigorozuz

falsarios lizarū papaliū. de cri. fal. ad falsariozū 2 bis siles. §. Papa. in inferiorib<sup>9</sup> etiā locū non bz. saluo quod dicē j. ti. j. q. ius.

**l** Specialiter. nō sufficeret ergo gnale mādātū de citādo talē. nisi papa spāliter exprimat citationē fieri p hāc formā. **m** Ex certa scia. idem verbū de offi. dele. pastoralis. §. pte retea. 2. vide quod ibi nō. Ignorantia opponit sciētie. de or. ab epi. c. j. de sen. ex. p illoz. sicut error opponit cōsensui. ff. de iurif. om. iudi. si p erroze. 2. canon dicit qz p pūm errozis est approbare falsuz p vero. xxxviii. di. q. ius. 2. alibi qz erra re est aliud pro alio putare. xxx. q. ij. in quibus. cadit tamē error in ignoratiā. vt in pre. c. q. ius. quare littera ista vidēt excludere mandatū qz papa faceret per ignorantia vel errozem. ac si intendat qd requirit certa scia per quā intendat tollere ius cōe quo bz citatio fieri psonaliter vel ad domuz vt lit. nō cōtes. qm. §. porro. de eo qui mit. c. fi. cū suis pcoz. j. ti. j. c. j. 2. requirēdi iustamici. ff. ex qui. cau. ma. item ait. §. vlt. 2. l. se. super quo vide qd no. de to. 2. cōtu. causam.

**n** Mandate. cōstitutio rez nō nouā dicit iubēte. p qd vident bec paria. 2. facit ad no. xiiij. q. j. c. fi. xvij. q. ij. vuduz. **o** Litterarū. de simplici iusticia. de cri. fal. l. pe. 2. ibi manere solet contradictariuz auditor. Alij auditores in palatio de quo sequit. 2. propter hoc de re. ne romani. §. sane. §. e. l. i. de elec. dicit causarum 2 litterarū audientia.

**p** Palatio. cōstitutio illa dicit aula. cū verbo concor. j. §. baptis. presenti.

**q** Maioris nō dicit cathedralis. sicut. §. e. cōpil. de elec. causaz. §. j. 2. j. ti. j. q. ius. ratio qz curia possit esse in castro villa vel oppido vbi nō esset ecclesia cathedralis. 2. cōcoz. j. de sen. ex. ex frequētib<sup>9</sup> vbi equiparat cathedralē 2 marnicē ecclesiā loci.

**r** Locoqz. conditionib<sup>9</sup> psonarū 2 negociū. de appel. cum sit romana.

**s** Personaliter. ergo sicut psonalis citatio cōstituit quez verū ptumacē nō tñ manifestū. de sen. ex. venerabilibus. §. secus. li. vj. sic 2 ista. circa taliū appellationē vide qd dicit. j. de to. 2. cōtu. si ante. 2. hoc intendit qz ille pcessus qz fieri pos sit cōtra psonaliter citatū fieri poterit cōtra istū 2 eoduerfo sin eo qui fieri nō possit cōtra illū nec cōtra istū. sup quovē de qd scripti de eo qz mit. in pos. c. fi. 2. in. q. quā disputauit de receptione testū facta cōtra citatū ad domuz in mercu. sub ti. de testi. Itē id qd ad excusationē cōtumacie possit de ce re psonaliter citat<sup>9</sup> poterit 2 iste 2 qd illenō possit nec iste facit de appella. sepe. §. quicqd autē.

**t** Rōabiliter. concor. §. de rescrip. statutū. de concef. pre ben. c. ij. li. vj.

**v** Temperantes. tlv. di. disciplina. 2. c. sunt nāqz.

**x** Restringim<sup>9</sup> si. de elec. statutū. de bē. statutū. ij. li. vj. 2. j. c. pri. Et constitutio bonifacii dicebat qz in bis psertiz casib<sup>9</sup>

locū habebat illa citationis forma. et accipiēdo illud p̄sertim p̄ tantū habebam̄ mentē b̄m̄ p̄stitutionis q̄ fuit equissima. nā graue est dicere q̄ dicat̄ vere cōtūm̄ ex tali citatione q̄ facile poterit nō venire in ei⁹ noticiā. sicut dicit̄ de voce p̄conis q̄ q̄q̄ paucis innotescit in aut. de liti. §. oēm. coll. viij. l.

quō rāq̄ iū. aut. qui semel  
y Ad p̄ alios. si. §. e. compil. de renū. c. vno. et de of. dele. statutum. li. vj.  
z Deruēire. vt lit. nō cōtes. q̄m̄. §. porro. et ibi de hoc.  
a Al quoz. alter natiua demōstrat q̄ sufficit alterū istorū. b Nō possunt. B estimabit papa sp̄aliter et ex certa scia citationis modūz cōmittēs vt. §.  
c Tute. dicit cōstitutio bonifa. eius vt scriptū ē existimare debeam̄ an coire liceat vbi ē citatio faciēda.  
d Cōsuevit. de quo videre potes in spe. de cita. §. xl. p̄ totū.

**D**ispēdiōsa. Casus. In causis etiā p̄dētib⁹ b̄n̄ficialib⁹ decimarū m̄rimonialib⁹ et usurarū et ipsas tangētib⁹ p̄cedi p̄t simplr et de plano absq̄ iudiciōū strepitu et figura. Et primo ponit cōstitutōis cām. Secūdo ibi. statui mus cōstitutōne. Tercio ipsi⁹ extēsiōne ibi volētea. et hoc est ius omnino nouaz corrigens quedam iura. vt. j. patebit. Et de dispēdiōsaz. i. dānolaz. de cōsti. c. ij. et. i. c. j. §. eis dem. et cōcor. huic p̄n. de rescrip. dispēdia. li. vj.

f Interdū. inuuit q̄ nō semp. als esset v̄are q̄ oia iura p̄ q̄ dat̄ ordo iudiciōz essent dispēdiōsa. q̄ est absurdū.

g Subtili. subtilitas q̄q̄q̄ reprobat q̄q̄q̄ cōmendat̄ a iure de hoc. §. e. ti. dilecti in. j. glo. et ibi scripsi. io an.

b Experiētia. cōcor. de elec. q̄ sit. in prin. li. vj.

i Restringere. nō videt̄ hoc verbū cōuenire p̄ eo q̄ nō restringit. s̄ subtilitatē larat iudiciarij ordinis in his casib⁹. Et dic q̄ restringit dispēdiōsaz. progationē de qua p̄misit. et bec ē cōstitutōis cā generalis. s̄ causa cause. i. quare plus in his q̄ in alijs. p̄t dici de arbitarijs de q̄b⁹ nō cogimur reddere rōnes. vt dixi de rescrip. si q̄n. ita etem potuisset auctor adūgere cās p̄miciarū oblationū mortuoz testamētoz legatorūz marie ad pias cās et bis similes i quib⁹ v̄get eadē rō. mouit tñ forsan auctorē q̄ p̄telatio causarū b̄n̄ficialiūz et m̄rimonialū est piculosa. vt lit. nō p̄tes. q̄m̄. et idē piculū p̄derauit in debentib⁹ usuraz vel decimas. et bec faciūt ad infra dicēda.

k Subscriptis. in alijs q̄ fecus in q̄b⁹ nō eēt id exp̄sse statutū vel a p̄ncipe sp̄alē cōmissus. et vide q̄d nō. de d. si. sepe i p̄n.

l Cupientes. hic incipe cōstructū.

m Electionib⁹. oliz nō tenebat p̄cessus in causis electionū partib⁹ p̄ntibus lit. nō cōtes. §. de elec. dudū. ij. que i hoc corzi giē. et cōcor. illi iuri. de do. et cōtū. cū qui. li. vj. et de eo qui mit. i. pos. c. eum qui.

n Prouisionib⁹. factis vel faciēdis. §. de elec. vt circa. et c. q̄ cōtra certā. li. vj.

o Quē repete in causis.

p Canonicatibus. cōcor. de elec. c. j. li. vj.

q B̄n̄ficijs. nūq̄d in causis sup̄ hospitalib⁹ elemosinarūz vel leprosarūz habebit hoc locū. videt̄ q̄ nō. j. de p̄ben. p̄ lras Tu dic p̄tra p̄ verbū officijs q̄d p̄misit ad hoc. j. de reli. do. qz p̄tingit vbi rectores vocant̄ et tutorib⁹ et curatoib⁹ simulant. eadē rōne cū monachar̄ sit officiū. puta idē in cā mōachatio nis. et si dicat̄ mōachus eligi postulari vel p̄uideri. s̄ ē planū p̄ lras sup̄iorē. et fa. q̄d dixi post inno. et hosti. de elec. officiū. ali qua tñ iura dicūt mōachū fieri creati recipi ordinari. de regu. c. j. et vlt. li. vj. de elec. in dēnitatib⁹. §. si dō. xvj. q. vi. c. vlt. tñ ne gari nō p̄t q̄n canonicat̄ regularis in verbis sup̄iorib⁹ indu danē quo iure monachar̄ excluderent nō video. Itē proga tio dispēdiōsa non min⁹ in regularib⁹ q̄ in secularib⁹ est. cā q̄ nō deficit. tñ p̄ lras istā b̄n̄ficijs. dico q̄ si de ecclia agat̄ vt de p̄rietate nō ē locus cōstitutōni. cū illa q̄d b̄n̄ficialis non sit.

videt̄. Nos rigore ipsū man suetudine tēpantes. idē sta tutū et p̄fatū modū citādi re stringim⁹ ad illos tñ et i illis locū volum⁹ sibi vendicare: q̄ faciūt impediūt vel pcurant p se v̄ p̄ alios quoquo modo ne ad eos possit citatio pueni re: vel quoz tomialia siue lo ca non possunt tute liberēue adiri. Porro ei q̄d circa cita tiones absentiu tū dieb⁹ solē nib⁹ q̄ alijs ecclē. ro. diuersis ex causis interdū facere cōsue uir: p̄ p̄sentē cōstitutōne seu moderatōne i nullo volum⁹ terogari. **I**dem.

hec hic dicat̄ de causis ecclesiarū. filis dūa quo ad missionē in possessionē. vt lit. nō cōtes. c. ij. de do. et cōtū. c. ij. de eo qui mit. in pos. c. j. et. ij. et. e. ti. cū qui. li. vj. et quo ad p̄mutationē de re. p̄mu. ad q̄ones. et c. cū oliz. et c. vniuersoz. et quo ad p̄scriptionē. de iurepa. cura. de re. iur. c. j. li. vj. et quo ad trans

**D**ispēdiōsaz progatio nem litiuz quā interdū ex s̄trili ordinis iudiciarij ob seruatione causarum t̄cet ex perientia puenire restringe re in subscriptis casibus cu pientes statuimus: vt in cau sis super electionibus postu lationibus vel prouisionibus: aut super dignitatibus psona tibus officijs canonicatibus vel p̄bēdis seu quibusuis b̄n̄ficijs ecclēasticis aut sup decimis ad quarū etiā p̄statiōne p̄nt qui tenent̄ ad eas p̄moniti censura ecclesiastica coerce ri: necnon sup matrimonijs

actionez. vt nō. de transac. sup eo. Si nō agat̄ ad remo tionē b̄n̄ficij et ne gat̄ sedus coniugij sp̄ialis v̄titulus. puto t̄ctre. locum habere. sec⁹ si non negat̄ titul⁹. s̄ p̄p̄ crimē petit remo ueri. fa. q̄d dixi p̄ ino. et hosti. vt lit. nō cōtes. q̄m̄. §. porro sup. j. glo.  
r Ecclēasticis. i. secularib⁹ ergo m̄l est mutati. quis i ecclēastico foro tra ctetur.  
s Decimis. intel ligo coib⁹ et q̄ iure diuino debent. q̄d p̄bat sequēs lra. §. si debeat̄ ex pacto pollicitatiōe vt vo to. nō erit loc⁹ huic

constitutioni. et facit q̄d nō. §. de deci. tua. ij. in fi. j. glo. Quid de decima papali de qua. j. de deci. si beneficiorum. si inter il lum cui papa cōcessit et clericū sit questio erit ne locus huic constitutioni puto q̄ nō fuerit hoc de mente. nec semp̄ est il la decima. s̄ q̄q̄q̄ vicēsiua vel alia quora. de vo. c. fi. Et ista cōstitutio iura corrigēs et exorbitās nō est ampliāda vt ba bilitanda. de re. iur. que a iure. li. vj. Sed quid si non est q̄d cū debitoze decime. sed inter duas ecclēstas super iure p̄ci piendi. tunc puto locū esse cōstitutōni p̄ hāc lram et p̄ lras que sequit̄. et cas quoquo mō tē. Nec ob. lra que sequit̄. q̄ non est determinatio vel restrictio huius casus sed interpre sitio. quod probat̄ ex eo q̄d dicit̄ ad quarū etiā tē. Non ob stante quod dixi sup̄ b̄. b̄n̄ficijs. quia causa sup̄ p̄rietate ecclēstie nō est b̄n̄ficialis. s̄ nō p̄t negari quin causa super p̄rietate de amari sit decimalis.

t Destitutiōnem. integram et sine reductione seminis vel sumptuum quo ad p̄diales. de deci. cum sint homines et c. nō est. et c. tua. ij. quo ad personales dic vt eo. ti. passora lis.

v Tenent̄. quilibet autē locus tenet̄ qui se nō offendit im mune. §. de deci. a nobis. de clericis. dic vt e. ti. noui. de reli giosis. dic vt. §. e. ti. ex parte. j. et contra quoscūq̄ ex bis aga tur. locū habet cōstitutio. et cōtra religiosos asserentes sal tem decimā integrā in p̄cepto nō eēt manauit cōstitutio. j. de penus cupientes.

x P̄moniti. §. de deci. puenit. j. de sen. ex. sacro. et c. con stitutiōne. li. vj. Multi seruāt et videt̄ exp̄diēs ecclēstas q̄ faciūt monitiōne generalē fulminantē excoicationis sen tentiā in non soluentibus decimas fructū p̄diorum que habent in parochia. et postea nō soluētēs petit. ecclēstia tenū ciari. facit de iure iur. ad nostrā. ij. et coaptant eaz p̄cedenti culpe more vel offense. vt satisfiat t̄ctre. romana. §. caueat de sen. ex. li. vj.

y Coerceri. appellatione remota. de deci. tua. ij. in fi. quod intellige. vt ibi scripsi. et cōtra p̄tinaces inuocari p̄t brachiū secularē. de homi. postulasti.

z Matrimonijs. Si queratur de fed ere non est dubium siue agatur ad impediendum siue ad dirimendū siue ad re darandum. vt quia vendicat̄ coniunx negans contractum Quod autem de dirimendo dixi. intelligo siue petat̄ diri mi matrimoniu quod a principio non tenuit. vt contractus inter fideles inter quos erat impedimentum dirimens. si ue quod a principio tenuit dirimi petatur propter creato ris contumeliā superuenientem in casibus. de dno. cōro et c. gaudem⁹. Hoc autem casu quādo de federe querit̄. per vetera iura p̄cedi nō poterat lit. nō contest. nisi parte cōtū mace. vt lit. nō p̄tes. accedēs. ij. et c. quomā. bodie secus vt b̄ Quid si agat̄ de crimine adulteriū. ad sepationē thori. vt p̄ t̄ctre. j. §. vt. lit. nō p̄tes. q̄ cōstitutio locū nō habeat. nam

zibi patet pcessus qui p iura vetera fieri poterat. pte cōtu  
macein cā mīmonig fieri nō pōt eo casu. Quid si agat de  
spōsalib⁹. certū est q̄ ista sūt diuersa. vt p̄ in rubrica de spō  
salib⁹ ⁊ matrimonijs. tñ p̄ lram sequēte videret cōstitutio  
locū habere. quasi spōsaliorū cā sit de tangentib⁹. Quid si  
sit q̄stio successiois  
⁊ nataliū in qua in  
cidit cā mīmonig  
lis in p̄ncipali. nō  
hēbit locū cōstitu  
tio. si tñ icidēs ma  
trimōialis questio  
deserēt ad iudicem  
ecclesiasticū. pōt lo  
cū habere cōstitu  
tio. nāz etiā p iura  
vetera s̄m inno. ⁊  
bost. nō erat tunc  
necessē libellū offer  
ri. vt scripsi qui si.  
sunt le. lator.

**U**suris. cūz re  
petunt vel petitur  
vt illas compense  
vstranū vel ipsi  
beres. Nec impe  
dit hunc pcedēdi  
modū si dicat re⁹  
q̄ casus est q̄ cōpē  
fare non tenet. po  
ne exēplū de vsur.  
salubiter. ⁊. c. con  
q̄stus. satis est enī q̄ forma petitiois cōcludit cām vsurariā  
⁊ facit qd̄ scripsi post inno. ⁊ bost. de fo. cōpe. cū sit. non sic  
forte si creditor petit debitū ⁊ debitor exapit illud vsurariū  
nā hic p̄ncipalis cā nō est sup vsura. imo sup credito v̄l alio  
cōtractu ex quo agit. nec cōstitutio ista manauit in fauores  
s̄ in odiū vsurarioz. ⁊ vide qd̄ scripsi de fideiuf. cōstitut⁹ sup  
verbo calūnie. vbi dō debitor nō simplr exapet. s̄ peteret p  
nūciari cōtractū factū in fraude vsurariū. tñ procedit cōsti  
tutio. ⁊ aduerte q̄ si opi. bug. lau. ⁊ que placz archi. rriū. q.  
iii. quid vica. ⁊ bost. de fo. compe. cū sit. esset vera. l. q̄ vsure  
possunt peti cōtra laicū in seculari foro. de cre. tñ ista non ha  
beret locū in illo foro. nō enī pōt nec intendit papa iudicia  
riū or̄ dīnē tollere nisi quo ad suū for. facit qd̄ nō. de arbi. c.  
ii. li. vj. ⁊. c. li. de re. iur. c. ij. de re. tñ ad nostrā. ij. de iureiur. l. q̄  
ad p̄dic. opi. ind iudic nō facit. q̄ illa nō sunt ibi verba pape  
sed partis iurantis. ⁊ sic nō ponit ius nouū. ⁊ cōtra illā fa  
cit qd̄ nō. e. ti. ex lris. in vlt. glo. ⁊ in p̄e. de re. cūz sit. de offi.  
or. c. j. ⁊. rj. q. j. in sūma. ⁊. vj. a. ij. c. j. ⁊ bec de re. q̄ trib⁹ vel  
tñ ecclesiasticis causis hāc admittet ad id qd̄ dī. q̄ leges  
etiā in his ecclesiasticis penā imponit. Respōde p̄ de re. d̄  
bere. vt inquisitionis. s. pe. ⁊. c. seq. in fi.

**T**angentib⁹. causas electionū ⁊ p̄uisionū tangeret cū  
quereret ad que p̄tineret electio vel p̄uision. causas vsura  
riū cū peteret relaxari iuramentū de illis soluendis. de iure  
iuran. c. j.

**V**aleat. nō dicit debeat. p qd̄ patet q̄ pōt iudex etiā cō  
tra dicētib⁹ p̄ribus seruare iudiciariū ordinē in causis p̄  
dictis. ff. de iude. nō quicq̄. de offi. dele. cōsuluit. nō sic in illis  
in q̄b⁹ procedi dī. vt p̄. j. de ver. sig. sepe cōtingit in fi. per  
qd̄ cōsulo q̄ in casibus q̄bus dubitat an cōstitutio ista locū  
habeat de q̄b⁹ s̄ nō. ⁊ similib⁹ iudex ad omne dubiū tollēdū  
seruet ordinē iudiciariū.

**E**t figura. quid impotent bec verba determinat p̄e. cō  
stitutio sepe. j. de ver. sig. que sūme fuit necessaria. p̄pter istā  
vt ibi nō. in. j. glo.

**P**resentia. cōcor. de offi. lega. c. penul. in fi. li. vj. ad idem  
de sacrosanc. ec. sancim⁹. j. ⁊. ij. ⁊. l. vl. in fi. de transac. l.  
vlti. in prin.

**P**endentia. concor. j. de sequest. pos. c. j. d. pba. c. j. de re iur.  
di. c. j. de sen. ex. c. j. in fi. fuit autē hoc dictū de pendentib⁹ p ap  
pellationē. qz quo ad illa nō sufficeret verbū p̄sentia per id  
qd̄ nō. in. p̄e. l. sancim⁹ in fi. ⁊ p̄ter ea q̄ nō. s̄. de elec. licz ca  
non. ⁊ quēd. cōpost. de cōsti. cognoscētes. q̄ quasi ad lram  
ponit guil. in spe. de ap. s̄. de officio. s̄. sed qd̄ si dum causa.  
